



## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Ab Alexandro VII. Ad Clementem X.

**Luxemburgi, MDCCXLII.**

IX. Extensio Concessionis Officii, & Missæ B. Rosæ de Sancta Maria tertii  
Ordinis Sancti Dominici pro universo Clero Regnorum Poloniæ, Ducatu  
Lituaniæ &c.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74833](#)

ANNO  
1670.

CLEMENS DECIMUS.

309 ANNO  
1670.

Contrariis  
derogat.

D. P. An. 1.  
die 3. Julii.

IX.

Indultum  
Clem. IX.

Illius am-  
pliatio.

Extensio  
concessioneis  
de qua in  
rub.

Contrario-  
rum deroga-  
tio.

quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 7. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indulcis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenoribus, pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo, ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuri, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat speculator, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 3. Julii 1670. Pontificatus Nostri Anno primo.

Extensio Concessionis Officii, & Missæ B. Rose de Sancta Maria tertii Ordinis Sancti Dominici pro universo Clero Regnorum Poloniae, Ducatu Lituanie &c.

Beatarum Albo adscriptis Rosam, eique Officium, & Missam decrevit Clemens IX. Conf. 13.

§. 1. **A** lias fel. record. Clemens Papa IX. sub data 14. Septembris 1668. concessit Universo Americae, & Indiarum Clero tum Sacerdoti, tum Regulari utriusque sexus cujuscumque Provinciae, seu districtus, quod perpetuis futuris temporibus, die 26. Augusti, quotannis sub Ritu duplice recitur Officium, & Missa celebratur de Beata Rosa à S. Maria Limensi Virgine Tertiæ Regule S. Dominicæ juxta rubricas Breviarii, & respectivæ Missalis Romani.

§. 2. Anno deinde sequenti 1669. die 30. Octobris idem Pontifex hoc suum Indultum benignè extendit in perpetuum ad universum Sacerdotalem pariter, ac Regularem Clerum Hispaniarum. Denique post acceptam notitiam, quod præmemorata Virgo Rosa jam omnium ubique populorum solemní plausu devotissimè honorata utrumque tam veterem, quam novum Orbem in dies odoris sui fragrantia magis, magisque implebat, idem Sanctissimus hoc ipsum Indultum clementer ampliavit, die 9. Novembris ejusdem Anni 1669. Universo Sacerdoti, & Regulari Clero utriusque sexus in omnibus Augustissimo Imperatori, Regi Catholico, Domuique Austriacæ subiectis Regionibus, Provinciis, Regnis, atque Dominiis ubivis locorum constituto paternè concessit ut supra, quod nempè singulis annis die 26. Augusti perpetuis futuris temporibus sub praefato Ritu duplice recitur officium, & celebretur Missa de eadem Beata Rosa.

§. 3. Porro Sanctiss. D. N. Clemens Papa X. habita pariter notitia communis illius devotionis, qua totius Regni Poloniae, magni Ducatus Lithuaniae, Ditionum Russie, atque Borussie, aliamque dicta Coronæ subditarum Regionum Fideles venerationi ejusdem B. Rose afficiuntur, instantiis Eminentiiss. D. Card. Ursini exoratus illud ipsum Prædecessoris sui Indultum benignissime extendit ad universum pariter utriusque sexus, tam Sacerdotalem, quam Regularem Clerum Poloniae, Lithuaniae, Russie, Borussie, ceterorumque Dominiorum ad Poloniae Coronam pertinentium; concedens eidem universaliter, & in perpetuum, quod quotannis die 26. Augusti sub ritu duplice peragat Officium, & Missam de B. Rosa à S. Maria juxta rubricas Missalis, & Breviarii Romani. Quibuscumque in contrarium non obstantibus. Hac die 26. Julii 1670.

M. Episc. Portuensis Card. Ginettus.

Loco + sigilli.

Bernardinus Casalius S. Rit. Congr. Secr.

Alia extensio concessionis ejusdem Officii &c. pro Regnis, & Dominiis Serenissimo Regi Catholico subiectis, necnon Aug. Imper. & Domui Austriacæ.

CLEMENS PAPA X.

Ad perpetuam rei memoriam.

Quæ à Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris ad augendam in terris venerationem Sacrarum Virginum, quas cœlestis sponsus virtutum omnium splendore fulgentes ad æternæ beatitudinis nuptias evexit, recte atque ordine facta esse noscuntur, ea nos Pastoralis charitatis studio libenter ampliamus, sicut pia orthodoxorum Regum vota flagitant, & nos re mature perpensa Dei gloria, ipsarumque Sacrarum Virginum honori, & spirituali fidelium ædificationi conducibile fore in Domino arbitramur. Alias siquidem emanarunt à felic. rec. Clemente Papa IX. Prædecessore nostro literæ in simili forma Brevis tenoris qui sequitur, videlicet.

§. 1. Clemens Papa IX. Ad perpetuam rei memoriam. Redemptoris, & Domini Nostri Iesu Christi, qui sacras Virgines, Sponas suas, floribus, multipliciter virtutum decoratas, immarcessibilis Gloria præmis donat in Cœlis, vices (licet immorti) gerentes in terris, pia fidelium, præserit Catholicorum Regum vota, ad augendam illarum venerationem, laudabili studio tendentia, libenter exaudimus, ac favoribus, & gratis prosequimur opportunis. Alias siquidem diligentissimè discussis, atque perpensis per Congregationem Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus præpositorum processibus de Sedis Apostolicæ licentia concessis super vita sanctitate, & virtutibus in gradu heroico, quibus Serva Dei Rosa de S. Maria Virgo Limana Tertiæ Ordinis S. Dominicæ multipliciter clariusse, necnon miraculis, quæ ad ejus intercessionem à Deo patrata fuisse assertabant, cum Congregatio prædicta coram nobis constituta unanimiter censuisset quandocumque nobis videretur ad solemnum ejusdem Servæ Dei Rose Canonizationem, juxta Ritum ejusdem S. R. E. tuto posse deveniri, interim verò indulgeri, ut in toto orbe terrarum Beata nuncuparetur, nos piis, atque enixis charissimi in Christo filii Nostri Caroli Hispaniarum Regis Catholici, ac charissima in Christo filiæ nostræ Marianna Regina Vidua ejusdem Genitricis, & totius Ordinis S. Dominicæ supplicationibus nobis super hoc humiliter perrexit benigne inclinati, de prædictorum Card. consilio, & unanimi assensu, auctoritate Apostolica indulsum, ut memorata Dei Serva Rosa de S. Maria in posterum Beata nomine nuncupetur, ejusque corpus, & Reliquæ venerationi fidelium (non tamen in Processionibus circumferenda) exponerentur; Imagines quoque radiis, seu splendoribus exornarentur; atque de ea sub ritu duplice recitaretur Officium, & Missa celebraretur de Virgine non Martyre singulis annis juxta rubricas Breviarii, & Missalis Romani die 26. Augusti, qua prima est non impedita post diem 24. ejusdem mensis, qua spiritum Creatori reddidit: hæc verò in locis dumtaxat infrascriptis, nempè in Civitate, & Diœcesi Limana, ac in universo Ordine S. Dominicæ tam Fratrum, quam Monialium, & quantum ad Missas attinet, etiam à Sacerdotibus confluentibus, prout in nostris desuper in simili forma Brevis, die 12. Februarii proximè præteriti expeditis literis, quarum tenore præsentibus pro plenè, & sufficienter expresso, & inserito haberi volumus, überius continetur. Cum autem sic ut prædictorum Caroli Regis, & Marianna Regina nomine per dilectum filium nobilem virum Modernum Marchionem de Astorga ejusdem Caroli Regis apud Nos, & Sedem Apostoliam Oratorem nobis nuper expositum fuit; ipsi Carolus Rex, & Marianna Regna pro peculari

Edita An. D.  
1670.

Exordium.

Tenor Bre-  
vis Clem. IX.

eorum erga B. Rosam prædictam devotionis affectu ac ut spirituali Populorum Americæ, unde novus ille Flos Ecclesiam universam suavi Christi odore, recreans prodit, consolationi, atque ædificationi per amplius consulatur, indulatum prædictum opportunitè à nobis extendi, & ampliari plurimum desiderent: Nos laudabilia eorumdem Caroli Regis, & Marianna Reginæ erga res sacras studia plurimum in Domino commendantes, piisque eorum precibus favorabiliter annuere Paterna benignitate cipientes, ut de cetero perpetuis futuris temporibus ab universo Clero tam Sæculari, quam Regulari, quarumcumque Provinciarum, & Regionum Americæ, & Indiarum d. Carolo Regi subiectarum, Officium, & Missa de eadem B. Rosa, servata tamen in omnibus, & per omnia predicatorum litterarum nostrarum forma, & dispositione, recitari, & celebrari respectivè liberè, & licetè possit & valeat dicta auctoritate tenore præsentium concedimus, & indulgemus. Non obstantibus omnibus, & singulis illis, qua in eisdem literis nostris voluntus non obstat, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 2. Volumus autem, ut ipsis præsentium litterarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constituta munitis, eadem prorsus fides ab omnibus, & ubique, tam in judicio, quam extra illud habeatur, qua eisdem præsentibus haberetur, si forent exhibita, vel ostensa. Datum Roma apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 14. Septemb. 1668. Ponificatus Nostri Anno secundo.

Extensio  
de qua in Ru  
brica.

§. 3. Cum autem sicut prædictus Marchio de Astorga d. Caroli Regis pariter apud nos, & Secundum Apostolicam Orator, memoratorium Caroli Regis, & Marianna Reginæ vidua nomine nobis nuper exponi fecit, prædicta Rosa de S. Maria jam omnium ubique populorum solemni plausu devotissimè honorata, utrumque tam veterem, quam novum Orbem sei odoris fragrantia in dies magis, magisque impleat, cupiantque propterea d. Carolus Rex, & Marianna Regina pro singulari eorum erga eandem B. Rosam devotione, indulsum à prædicto Prædecessore per literas praefertas concessum ad confoverandam, promovendamque fideliū pietatem opportunè à Nobis extendi, & ampliari. Nos enīxis, devotisque eorumdem Caroli Regis, & Marianna Reginæ precibus nobis super hoc humiliter porrectis paterna benignitate auuentes, ac memorati Clementis prædecessoris vestigiis inharentes, ut de cetero perpetuis futuris temporibus ab universo Clero tam Sæculari, quam Regulari utriusque sexus per omnes Provincias, Regna, Status, Regiones, & Dominia ubi vis locorum dictis Carolo Regi, & charifissimo in Christo filio nostro Leopoldo Romanorum Regi Illustri in Imperatorem electo Domini que Austriae subiecta, Officium, & Missa de memorata B. Rosa Virgine Limana Ord. S. Dominici quotannis die 12. Augusti sub ritu duplice, juxta Rubricas Breviarii, & Missalis Romanii, recitari, & celebrari respectivè liberè pariter, & licetè valeat, auctoritate prædicta tenore præsentium concedimus, similiter, & indulgemus.

§. 4. Non obstan. Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus, & singulis illis, qua dictus Clemens prædecessor in suis literis prædictis concessit non obstat, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Ceterum volumus pariter, ut earumdem præsentium litterarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constituta munitis, eadem prorsus fides ab omnibus, & ubique tam in judicio, quam extra illud habeatur, qua ipsi præsentibus haberetur, si forent exhibita vel ostensa.

Derogatio  
contrario  
rum.

Transumpto  
rum fides.

Datum Roma apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 11. Augusti 1670. Ponificatus Nostri Anno primo.

Concessio, ut in toto Orbe Terrarum celebrari possit  
Missa Beatae Rose ex voto, vel devotione.

C Rescente in dies mirabili Populorum devotione erga Beatam Rosam de S. Maria Virginem Limensem ex Tertio Ordine S. Dominicæ, ac virtutum illius fragrantia sepe latius quaqueversus diffundente, Sanctissimus D. N. Clemens Papa Decimus admisit Excellentissimi D. Oratoris Marchionis de Astorga instantis ex nomine Catholicæ Majestatis sibi porrectis, Universo tam Sæculari, quam regulari Clero per totum Terrarum Orbem benignè indulgit pro futuris perpetuis temporibus, quod de prædicta B. Rosa possit ubique in Ecclesiis quorumcumque tum Regularium, tum Sæcularium celebrare Missam per anni circulum, five ex voto, five ex libera devotione juxta Rubricas, ac dispositionem Missalis Romanii, tametsi nondum prædicta B. Rosa solemnip Canonizationis ritu fuerit ab universalis Ecclesia inter Sanctas relata. Et ad hunc effectum specialiter dispensavit in Decretis tum fel. rec. Urbani Octavi, tum Sac. Congregationis Ritu, & quibuscumque aliis huic Indulto quomodo cumque obstantibus. Hac die 27. Augusti 1670.

M. Episc. Portuensis Cardinalis Ginettus.

Loco + signatu.

Bernardinus Cafalus S. Rit. Cong. Sec.

X.  
Confirmat Decretum electionis B. Rosæ in Regni Peruani Patronam à Clemente IX. emanatum, quod ad singulas Provincias, Regna, & Regiones Terræ firmæ totius Americæ, Philippinarum, & Indiarum extendit.

Rosam Beata titulo insignivit, eique Officium, & Missam decrevit Clemens IX. Conf. 18.

C L E M E N S P A P A X.

Ad perpetuam rei memoriam.

S Acrosancti Apostolatus cura, quam inscrutabilis divinæ sapientie, atque bonitatis altitudo humiliati nostre meritis licer & viribus longè impari, imponere dignata est, Nos urget ut piis orthodoxorum Regum votis ad augendam in terris Sacrarum Virginum cum cœlesti Sponso in beata æternitate regnantium venerationem tendentibus favoreabilem assensum paterno affectu præbeamus.

§. 1. Alias siquidem fel. rec. Clemens PP. IX. prædecessor noster Beatanam Rosam de Sancta Maria Virginem Limanam tertii Ordinis S. Dominicæ in Patronam principaliorem Civitatis Regum, seu Limanæ, totiusque Regni Peruani cum omnibus prærogativis, qua Patronis Principalioribus debentur, auctoritate Apostolica elegit, & declaravit, & alias prout uberioris continetur in ipsis Clementis prædecessoris litteris desper in simili forma Brevis expeditis, tenoris, qui sequitur, videlicet.

§. 2. Clemens Papa IX. Ad perpetuam rei memoriam. Orthodoxorum Regum de Ecclesia Dei multis nominibus optimè meritorum studia quibus Christianorum Populorum erga Beatos Regni Cœlestis incolas, devotione, atque pietas fovetur, Apostolico favore libenter prosequimur, sicut spirituali eorumdem populorum consolacioni, atque præsidio conducibile in Domino arbitramur. Cum itaque Nos per nostras in simili forma Brevis die 12. Februarii proximi præteriti emanatas literas Beatam Rosam de Sancta Maria Virginem Limanam Tertiæ Ordinis S. Dominicæ, multiplici virtutum decore florentem, inter Bea-

Edita An. D.  
1670.

Exordium.

Indulsum  
Clem. IX.

Cujus tenor  
hic referunt.